

paternitati narrare oportet. Nam in eadem civitate orta est diferencia in plebe, ut suscepimus, de prestita obediencia pretenso regi, et an alie sint cause, adhuc ignoramus, ob quas capitaneus ibidem locatus, dominus Hinko de Colowrat, dictus illarum sex civitatum advocatus, eandem civitatem dolose et armata manu violenter occupavit, et duobus viris antiquis, bonis et fidelissimis sine confessione ante proprias lares decollatis, plures cives 5 abduxit captivos. Breviter nunc hunc casum omnibus Christianis communitatibus animadvertendum insinuamus, quem postea, cum major nobis rectificatio fuerit, clarius declarabimus. Decapitacio vero et captivitas sic facte sunt. — Datum xv. mensis maji, ipsa die beate Zophie anno domini 1465.

127.

10

Bischof Dietrich von Meißen bestätigt der Marienbrüderschaft zu Kamenz die in der dasigen Pfarrkirche schon längst üblichen Privat-Horen zu Ehren der heiligen Jungfrau, welche von jetzt an täglich von vier Priestern und von vier Chorsängern gesungen werden sollen, und sichert allen Theilnehmern Ablass zu.

Stolpen, 1466 Aug. 20.

Hdschr.: Or. Perg. Stadtarchiv Kamenz No. 226 mit S. an Pergamentstreif.

15

Theodericus dei et apostolice sedis gracia episcopus Missnensis ad perpetuam rei memoriam. Si nos, qui peccatorum mole premimur — Nobis pro parte dilectorum nobis provisorum ac pariter fratrum fraternitatis ejusdem intemerate virginis de oppido Camencz nostre diocesis est humiliter intimatum, quod cum in parrochiali ecclesia ejusdem oppidi hore de beata virgine, quas vulgo privatas appellant, a longo jam retroacto 20 tempore, sed citra confirmationem ordinariam observate sint ac solenniter decantate, jam sit pia largicione fidelium partim vivencium partim defunctorum tantum pro hiis erigendis confirmandisque liberaliter collatum, ut per sacerdotes quatuor, quos provisos ipsi pro suo arbitrio eligendos ducerent, et quibus singulis singulas quatuor sexagenas usualis et currentis monete addicere vellent ac promitterent, cum quatuor insuper choralibus, quibus 25 eciam singulis singulas tres sexagenas porrigendas ducerent, possent hore predictae convenienter erigi, confirmari ac diebus singulis decantari. Et ea quoque de re oblati nobis viginti octo sexagenis ac tribus marcis annuorum censuum justo reempcionis titulo juxta suarum literarum continenciam comparatorum, nobis humiliter supplicabant, quatenus census predictos suscipere horasque privatas in laudem tam predulcis virginis per quatuor 30 presbiteros ac quatuor chorales pro arbitrio provisorum supputandos diebus singulis perpetuo canendas erigere, instituere, nostra quoque confirmatione solita perpetuas fore decernere gracious dignaremur. Nos igitur — horas privatas beate virginis cum suis solitis officiis inantea singulis diebus per anni circulum in ecclesia parrochiali in Camencz perpetuo canendas erigimus, creamus, instituimus ac auctoritate nostra ordinaria con- 35 firmamus, decernentes, matutinas cum continuacione prime, tercię, sextę ac none inclusive mox post primam missam, quam maturam suo vocabulo vocant, que in eadem ecclesia consuevit diebus singulis decantari, nisi festa dedicacionis crucis, octavarum corporis